

Aus Grünberg's Archiv

Bl. 59. 2.

24
23

RECTOR
ACADEMIAE LIPSIENSIS
AD
SOLEMNEM
RESVRRECTIONIS CHRISTI
GLORIOSAE
MEMORIAM
FESTIVA ORATIONE
IN AEDE PAVLINA
CELEBRANDAM
INVITAT

*Spec. III. prouidentiae ex fine colloquiorum lobi et oratione Elibui
a C. XXV. ad C. XXXIV.*

y-



Iustum esse Deum rerum omnium moderatorem, iustumque esse eius in constituenda sapienterque regunda tam piorum, quam improborum hominum sorte, regimen supremum, satis omnino Iobus, ut superrima prolusione fuit demonstratum, sua cum Eliphaso disputatione euicit ad Cap. vsque XXIV. Quod autem fieri plerumque solet, ut in certaminibus etiam, religionis causa institutis, cedere veritati pars nulla, sive *tatendo* velit, sive *consentiendo*: Idem suo Bildadus exemplo demonstrat, qui, cum nihil habeat, quod iure aliquo in hac Iobi oratione reprehendere possit, ad pristinam reddit, plus simplici vice iam repetitam reliquorum sententiam, et in diuino, quod credit, mali genii oraculo subsistit C. XXV. *), quod scilicet mala tamen metuenda sint malis, et bona speranda bonis, in Dei summi imperantis potestate posita v. 1. 2., qui in promptu habeat *agmina poenarum*, quibus improbos inuadat, et *felicitatis splendorem*, piis constitutum v. 3. Vnde repetita oraculi sententia Iobum reprehendit, quod *vermiculo* iam similis factus et *putredini* proximus, insontem tamen se esse scelerisque purum coram Deo, adhuc temere c. 23. contendat, etiam in *sublunares* terrae incolas integritatis *lux nulla splendet*, nec in ipsis quidem *astrorum regionibus* sit inter coelites quisquam, qui purus ab omni labe a Deo aestimetur v. 4 - 6.

His autem non sine indignatione sic merito Iobus responderet C. XXVI. **): quid opis et praesidii noui conciliatur malae causae pra-

A 2

iudi-

*) Ad C. XXV. v. 2. Parum differt, an *הַבָּרָה*, quod varie Verff. punctarunt, pro Insin. omisso verbo finito, quod mihi videtur, an pro Substant., vt vult Mich. et Houb. cum Chal. et Vulg., aut pro Partic. accipiatur, vt Syr. et Ar. *בְּרֵשֶׁת* autem commode retributionem vertit Mich. v. 3. *בְּרֵשֶׁת* male Sep. verrunt *ταρεκυον*, quod vitiosius in *ταρεκυον* conuertit Montefalc., pro *בְּרֵשֶׁת* autem Sep. legerunt *ברֵשֶׁת* Sym. *τηρίς επαλμάτα*, nisi forte *בְּרֵשֶׁת* tantum metaphor. accepit, Mich. tamen sequitur Sep. *וְכִי עֲבֹדָתְךָ* nicht sein Hinterhalt, nemlich die Heere Gottes. v. 5. Quae Cod. Alex. forte Scholii instar habet, verba: *ο λεγω το ηλιο, μη ανατελλειν, κοι πκ ανατελλειν*, Houb. in textum recipit, ex reliquis autem: *σεληνη δε συντασσει*, suspicatur, *την* pro *την* esse legendum, quod ex Ar. *την* desinavit, aut ex *την* spoliavit, remouit, aut ex hebr. *την* parauit, veteres sic forte verteuerunt.

**) Ad C. XXVI. v. 2. 3. Triplex *אָנָּה* et *אָנָּה* ad Iobum Mich. refert, cui nihil suo Bildadus sermone prospicit, cum mihi potius ad malae amicorum causae malam eius et mutilam defensionem pertinere, et aequo ironice accipiendum esse videatur, ac *מְשֻׁנָּה*, quod ego de solida veritatis demonstratione intelligo, Mich. autem sic vertit: *Trost hast du würklich im*
Neber-

iudicii, iam satis devicti eorum, quibus nihil reliquum est consilii, v. 1-3. quam ut redeant ad dubiae fidei oraculum illud, de quo merito Iobus v. 4. quaerit: quis est ille, cuius ex ore tuo halitus exiuit? Nunquam enim Iobus, puniri impios, generatim negavit, sed iustas tantum scelerum poenas, nec semper in hac vita iis euenire, nec quibus eueniunt mala, ideo pro improbis habendos esse omnes, existimauit. Ipse potius, quam horrendis futuri seculi suppliciis suam Deus iustitiam sit vindicaturus, longe rectius v. 5. 6. quam Bildadus demonstrat, adeo, ut nudi in conspectu eius damnatorum manes, et cruciatuum veluti fluctibus submersi, in inferorum sedibus contremiscant. Atque sic pariter longe praeclarius de summo Dei imperio dicit, quo tellus, cum vniuerso corporum coelestium systemate, veluti pendens, medio in aere sustentatur v. 7., quo grauidae vndarum mole nubes continentur, ne disruptae decident deorsum v. 8., quo suum Deus veluti solium, Sep. ḡeov, ipsilla obnu-

Ueberflusse ertheilt, scilicet. v. 9. **רְבָאִים** Mich. generatim de damnatorum manibus intelligit, die unter dem Wasser sind und im Wasser wohnen, vbi eorum sedes in centro terrae collocauit veterum opinio, Houb. autem **speciatim** de gigantibus, qui nunc sub aquis tremunt, diluio submersi, in habitaculis suis, שְׁמַשְׁמָנִים legens, quia suffix. in שְׁמַשְׁמָנִים ad gigantes, ut nimis remotum, referri commode non posse existimat, quod tamen cum proximo מִן potest copulari: vna cum earum incolis. v. 9. **כָּה** quod non raro pro נֶגֶב ponitur, solium Dei, cuius faciem, siue conspicuum nubes tegere dicuntur Ps. 18. 12., Houb. cum Ab. Esra de nouilunio, siue plenilunio contorte interpretatur, quia Syr. וְתִרְבְּלִית rectius Mich. de exacta lucis et tenebrarum mensura intelligit, quam Verff. et Intt. de vtriusque duratione et fine. Cur autem v. 11. **צְבָאֵת** de columnis coelorum dici non posse arbitretur, ideoque vertat die Sterblichen erbleichen, ego quidem non intelligo, cum Ier. 2. 12. coelum stupore dicatur, et stuporis effectus sit trepidatio, quae fundamentis terrae coelorumque tribuitur 2 Sam. 22. 8. Ioi. 3. 6. v. 12. Ad Mich. sententiam accedo, siue גַּע de commotione, et γῆ de sedatione et defluxu maris accipiatur, siue contra. Houb. autem mutatio verborum textus in רְבָאִים discriminauit latitudinem eius, aequa friuola et temeraria videtur, ac eius ratio, quia Syr. et Ar. legisli putat שְׁמַרְתָּם et de prima mundi origine sermonem esse, quod nego, affirmat. v. 13. Nec Vul. nec Houb. tanta est autoritas, vt ex יְמִינְךָ exterminare opus sit, siue **שְׁפָרָה** inique pro Verbo, siue rectius pro Subst. habeatur: albentis coeli serenitas, qua, quando aurora illucescit, sidus illud boreale draconis, בְּרַח velut aufugiens, Sep. ḥorazans, a Deo quasi perimitur, ex Mich. sententia. Pro מִזְרָח autem LXX. legerunt בְּרַח quod c. 38. 10. vt hic, vertunt καθηρα repagula. v. 14. **עַמְּךָ** Mich. proprie accipit: die Natur seines mächtigen Donners, Houb. improprie, de fortitudine Dei formidolosa, pro רְכִי autem et גַּגְרוֹת Cod. Regiom. Reg. רְקִי habet et גַּבְרוֹת in textu.

obnubilati coeli caligine tegit v. 9., quo aquis limites, et mensuram lucis ponit atque tenebrarum vicissitudini v. 10., quo fulgura et tonitra cum fragore emitit v. 11., quo fluxum maris et refluxum regit v. 12., quo sidere boreali, dratone remoto, renidescere iubet aurorae lucem v. 13. Haec aliquam tantum regiminis diuini partem continent, quis quaeso, summa virtutis eius animo complectatur, cuius gloriae magnitudo vniuerso personat terrarum orbe v. 14.

Salua igitur est Dei inflitia et summa potestas, qua regit gubernacula mundi, quamvis impunitos saepe, immo felices esse improbos finat, in altero demum seculo puniendos. Cur ergo vel suae in aduersis pietati diffidat iustus, vel impiorum iniudeat felicitati? Absit a me vtrumque eorum, Iobus ait C. XXVII, *) Deum testor! qui haecenus procul qui-

A 3 dem

*) Ad C. XXVII. v. 2. ἡτοι rectius quam reliquae Versi. Sym. vertit: παρέδει, vt Mich. der mein Recht auf die Seite gesetzt hat. v. 3. Houb. οὐδὲν πρὸς accipit, vt praeter Chal. Versi., idque τῷ εἰρηνῇ Sep. in altero etiam membro exprimit, περού μου, adhuc in me reliquum est πανεύκαιρον. v. 4. pro τῷ εἰρηνῇ proferet, πάντα habet Cod. Regiom. Reg. v. 6. Id. οὐδὲν πρὸς τῷ εἰρηνῇ vt Cod. 1. et 4. Erfurt. Sep. et Th., seq. καὶ addit. vt Sep. Vul. Syr. et Ar. sed tamen expunct. οὐδὲν denique profrus omittit vt Sep., quod tamen in marg. additur, Cod. Sen. autem οὐκέται habet pro οὐδὲν πρὸς τῷ εἰρηνῇ, sed a correct. mutat. v. 7. οὐδὲν non optatiue intelligendum esse censeo, vt Versi. et Intt. sed concessisse. v. 8. οὐδὲν ex τῷ εἰρηνῇ, quod Vul. et Sep. produnt, satis quidem commodam parit sententiam: num quid luxrabitur, etiam si tranquillam ei vitam Deus concescerit; praefero tamen, quod habet Chal. Syr. et Ar. cum Luth., quibus etiam Mich. accedit et Houb., sive οὐδὲν ex τῷ εἰρηνῇ, sive οὐδὲν πρὸς τῷ εἰρηνῇ ex τῷ εἰρηνῇ explicetur: wenn Gott sein Leben von ihm nimmt. v. 10. τῷ εἰρηνῇ Cod. Regiom. eterque διὰ πρae-mittit, ex quo vero correct. in Reg. fecit πάντα. v. 11. οὐδὲν πρὸς τῷ εἰρηνῇ quod alii cum Chal. per prophetiam vertunt, Houb. inuante Deo, Mich. von Göttes Handlungen, Sep. a εἴσιν εἰς τὴν πόλιν, profrus deest in Cod. Regiom. Sen., forsitan haud male, ex sententia Lielienth., in marg. tamen a punctat. additur. v. 12. Interrog. πάντα Houb. omittit, quia admonitionem potius adhibendam esse putat: vt non posthaec vana loquamini, quasi quid dicendum sibi videatur, iubere deceat scriptorem. v. 14. οὐκέται Sep. de adulterioris aetatis progenie explicitant: εἰς αὐθισμῶσι, vt phrasin: pane non saturari, de mendicitate: προσαττυσσοσι. v. 15. οὐδὲν πρὸς τῷ εἰρηνῇ Mich. cum Chal. de peste intelligit, Houb. de deficieente funeris apparatu; quid? si ad οὐδὲν πρὸς τῷ εἰρηνῇ referatur: qui sunt superstites post mortem, etiam si sepeliantur, nemo tamen eorum viudas deplorabit, vt Sep. habent: εὐθὺς ελεγοσ. v. 18. εἴτε Luth. vt Syr. et Ar. araneam vertit, quod etiam Sep. habent quidem, sed omissis reliquis, forte legerunt: εἴτε Αράβων, quibus tamen noua continetur similitudo, a custodis agrorum tugurio desumpta, quam Mich. ex Oriental. more, quem vidi nostris etiam moribus in vita rustica vistatum, expli-

dem haberi sicut causae meae iustitiam; meque permisit aegritudini
mentis, sed integrum tamen adhuc vitam mihi reliquit, et animae vim
omnem virtutemque diuinam v. 1 - 3. Nunquam profecto tales, ne
lingua quidem mea iniquitatem committet, ut improbis vestris, de fide
mea et integra pietate, censuris et opprobriis, vel minimum quidquam
concedam, cuius nec veritatem mihi detrahi et in discriumen vocari pa-
tiar, nec aliquid per omnem vitam de eius studio remittam v. 4 - 6,
immo nec unquam vel partem aliquam felicitatis improborum deside-
rabo, quam lubenter meis concedam inimicis, si suo se periculo eorum
partibus adiungere, hisque similes esse voluerint v. 7. Nullam enim
impii, quando vita priuantur, boni alicuius consequendi spem habent
v. 8., ubi nullum a Deo vel solatium expectare, vel auxilium possunt,
nec precibus quidem eum adire licet v. 9. 10. Ita potius, teste expe-
rientialia, Deus agere cum iis solet, ut quae sit misera eorum post obitum
conditio v. 11 - 13., ex calamitosa plerumque superflitum forte eluceat,
qui morte saepius ignominiosa pereunt, et vel sepulchra haud raro, vel
adeo iustitia destituti v. 14. 15., ante ex hac vita discedunt, quam male
partis eorum bonis fruantur v. 16. 17. Atque sic brevi saepe, una cum
vitiosa sobole, et relicta aliis honorum copia, ipsi signul morte euanscent
funesta v. 18. 19., qua velut rapido undarum fluxu, velut venti venenati
turbine, de pristino speciosae felicitatis statu ita subito deturbantur v.
20. 21. ut nec miserationi locus sit, nec fugae v. 22., sed de sua tan-
dem sede dielecti, omnium risibus exponantur et fibilo v. 23.

Ceterum adeo profunda omnino et abdita esse prouidentiae Dei,
in regunda hominum sorte, consilia, C. XXVIII. *) Iobus docet, ut
quamvis

explicit: ein zwischen Bäumen hängendes Tuch und schwankendes Bettet:
v. 19. Mich. cum Luth. οὐδὲ legit pro τὸν vt Chal., nihil secum auferet,
Houb. cum Sep. ἡτοι καὶ προσθέτη, non iterum decumber, Schult. ellipt.
accipit καὶ, vt respondeat seq. τοῦτο ευθάνατος; at nihil erit, οὐδὲ aufer-
tur subito — v. 22. τίποτε Houb. pro Partic. Pah. accipit; in fugam actus,
cum frequens sit dictio Intra, cum verbo finito, quam Sep. exprimit:
φυγὴ φεύγεται.

*) Ad C. XXVIII. v. 1. Mich. οὐδὲ legit, inueniens: Silber hat der Mensch
erfunden; praefero autem lect. tex. οὐδὲ Sep. τοτος οὐδὲ γινεται, vt Chal.,
quia hoc magis respondeat τὸν διπλῶν, in apodosi etiam v. 12. repetito, quod
est sedes, vbi reconditur aurum, non conflatur, vt Houb. vertit, sed οὐδὲ
συμβάτω vt Sep. habent, οὐτοις: οὐδὲ χωνεύη, unde productum percolatur
et conflatur in fornace fusoria, vt rectius explicat Mich. v. 2. τὸ τόπον
quod perperam cum τραχή vt Partic. Pah. Schult. coniungit, optime vertit
οὐδὲ φρεσ. χαλκος απο λίθων χωνευεται, vt. Mich. Steine schmelzet er zu Kupfer.

quamvis abditissimos quoque terrarum recessus permeauerit, et absconditos in montium cauernis thesauros investigare, impiger hominum labor, grauissimas superans difficultates, didicerit v. 1. 11., immensam tamen summi rectoris, qua omnia moderatur, sapientiam, ratio hominum nulla vel inuestigare, vel eius intelligentiam prelio sibi comparare possit v. 12. 13. Sunt enim sapientiae huius diuinae rationes, quibus egregie et mirabiliter bona omnia et mala, immo turbulentissimum faepe et maxime intricatum rerum humanarum statum, apte semper conuenienterque dirigit ad fines optimos, saluberrimosque mortalibus euen-

v. 3. חַבְלִיתָה pretiosa quaque, in imis terrae visceribus abdita, Mich. alle verwahrte Schäze, praef. b. cum antec. יְהֹוָה copulat, ut recte sentit Houb., non cum seq. יְהֹוָה vt vult Mich., quod regit Accus. אֵת. v. 4. obscuritatem Houb. auferre tentat, pro lubitu murando יְהֹוָה in הַר, adictio מִן הַר שֶׁנְחַמֵּם, quod iterum mutat in מִן הַר שֶׁנְחַמֵּם abfcidit torrentem ex alto, mendaces factae sunt aquae, et יְהֹוָה verit: ex tramite defecunt: quibus omnibus vero satis adhuc obscura relinquitur sententia, quant etiam Mich. non clariorem efficit, qui ad rem prorsus alienam a re metallica diuertit. Aptior forte haec videatur, qua nullam ego commodiorem noui: perrumpit homo torrentem aquarum, יְהֹוָה ex sru subterraneo, siue ex Ar. vt vult Mich. ex pede montium, מִן הַר שֶׁנְחַמֵּם quae autem facile oblinioni tradantur, בְּלֹא מִן הַר שֶׁנְחַמֵּם vi acropodii durch ein Trüggestelle oder Erzgerwerb dicunt metallici, יְהֹוָה deficient exhaustae, וְיְהֹוָה ab insino quoque metallico minuantur et ex puteis eleiciuntur metallicis. v. 5. Houb. וְיְהֹוָה legit pro וְיְהֹוָה tellurem ex qua flammæ erumpunt, rectius Mich. ein Erdreich, aus dem oben Speise wächst, wird unten als vom Feuer umgewöhlt; nisi forte וְיְהֹוָה siue vicuum metallicorum significat, siue placentam aeris aut massam, eine Stusse Erz. v. 6. Houb. Suffix. foem. in אַבְרָהָם ad וְיְהֹוָה refert et in וְיְהֹוָה murat sine ratione, cum ad terram v. 5. respiciat, ut וְיְהֹוָה ad sapphirum, siue lapidem lazuli, de quo Mich. er ist mit guldinem Staube bezeichnet, ut וְיְהֹוָה recte interpretatus, quod perperam Houb. in וְיְהֹוָה conuertit, glebas auri. v. 8. עֲשֵׂה Chal. Syr. et Ar. pro feris bestiis habent, leoni adiunctis, unde forte germ. scheuchen, Mich. autem vertit: Gehöre der Erscheinung i. e. Berggespenster, quibus autem, si quos daemones Iobus metallicos credidisset, non negaret aditum ad fodinas, in quibus maxime versari putantur. v. 11. וְיְהֹוָה bene explicat Mich. er verbindet die Flüsse wieder, nämlich durch Ableitung der herfür triefenden Quellen in den Bergwerken, damit die Gruben nicht erfäuft werden, quod autem, cum supra v. 4. iam monitura foisse mihi videatur, mallem de congectione in arcas aquarias intelligere, in quo vis maior sermonis ineft, quam si וְיְהֹוָה legamus, quod habent Vul. Aq. et Sym., forte etiam Sep., et Houb. suader. v. 13. וְיְהֹוָה Sym. bene vertit וְיְהֹוָה pretium, Aq. וְיְהֹוָה, Sep. וְיְהֹוָה, forte vi verbi וְיְהֹוָה struxit, nec ideo וְיְהֹוָה legendum, ut vult Houb. aut וְיְהֹוָה iter. v. 15. pro וְיְהֹוָה Syr. et Ar. vitiolis legerunt וְיְהֹוָה pondus, ut v. 20. Sep. וְיְהֹוָה Chal. cogitauit, pro וְיְהֹוָה facere, et pro וְיְהֹוָה pluialis, סְפִירָה וְיְהֹוָה.

uentus et visus: sunt inquam, viae diuini regiminis adeo non tan-
tum imperfscrutabiles, vt studio nullo humano, quo alias abscondita
quaeque perquiruntur v. 14., explorari possint; sed etiam adeo sunt
pretiosae simul et incomparabiles, vt nullo auri argenteique et gemmarum
precio, vel aestimanda sit prouidentiae consiliorum *praeflantia*, vel
comparari possit eorum *intelligentia* v. 15-19. Nec mirum, quod adeo
abscondita sit huius *sapientiae sedes nativa*, vt nec terrarum *incolae*, nec
aues coelorum, quas *fatidicas esse et auspicales*, futurorum nuntias pu-
tant *egyptiorumque* Deut. 18. 10., vt ne inferorum quidem *manes*,
vias eius regendique leges inuestigando consequi possint inquam v. 20-
22. Solus ipse enim rerum omnium arbiter nouit *femitas* eius, et
consiliorum rationes intelligit v. 23., siquidem uno omnia adspectu in-
tuetur, solo moderatur nutu v. 24., isque rerum dominus, ex quo
ventorum et *vndarum* velut trutina libravit mensuram v. 25., ex quo
ordinem modumque *pluuiis* constituit et lege desinuit *fulminum* frago-
res iactusque v. 26. hoc ipso tempore solus ipse perspexit omnia et sup-
putauit, tum ordinavit, quae penitus iam explorata sibi erant, arcana
prouidentiae consilia v. 27.; hominibus autem suam omnem in eo solo
sapientiam ponere praecipit, vt fide Deum, reuerentia et obsequio
colant, vt peccata quaeque fugiendo, eius se regimini committant
v. 28.

Hac quantopere opus sit hominum sapientia, quo his arcanis
prouidentiae et imperuestigandis consiliis, se prudenter submittere dis-
cant, suo nunc ipsius exemplo Iobus illustrat, eoque comprobat,
quanta sit saepe *piorum in hac vita felicitas* C. XXIX., quam vero sit
subitanea saepe eius in grauissima mala conuersio C. XXX., et quae sint
in his *sapientiae*, piis c. 28. 28. commendatae, partes C. XXXI. Nun-
quam enim cum iis adeo agit inclementer prouida Dei cura, vt nulla
inquam praesentis vitae bonorum parte frui eos patiatur. Laudat po-
tius eorum copiam et magnitudinem Iobus C. XXIX. *) simulque triste
expo-

*) Ad C. XXIX. v. 4. *בָּנִי* Houb. cum Chal. et Vul. *inuentantem* verit, quia
senectutem pura vitae autumnum significare, cum maturiorem tantum *aeta-
tem*, fructibus foecundam, rectius Sep. intelligent, Voc. *επιφέρων*, vt
Mich. da ich zur Reife des Lebens gekommenen, meine Früchte darbot. Pro
בָּנִי quod Sep. bens interpretantur *επικοπην τοιαν*, Houb. *τίτος* legit, sive
τίτος, dum protegebat, quia Sym. Syr. et Ar. ita pariter sententiam ex-
plicant; an ita legerint, dubito. v. 5. pro *בָּנִי* Mich. legit *τίτος* als mein
Feld mir noch gehörte, quod aptius omnino, quam nomen Dei, famili-
tio respondet in altero membro; atque sic etiam Sep. legisle videntur,
quorum

exponit pristinorum temporum desiderium, cum diuino adhuc tutamque
munitus, maturiscentis aetatis, bene aetate, fructus ferret uberrimos v.
1. 4., cum liberam adhuc potestatem haberet, agrorum prouentu, fa-
mularum opera et studio, omniisque rerum affluentia fruendi v. 5-7..
cum summa gauderet, ius dicendi autoritate, omniumque suffragia
ferret laudemque et praeconia v. 8-11.; non, quod potentia quidem
et opibus tantum; sed quod humanitate et iustitia, quod consilio
studioque placendi omnibus et opitulandi afflictis superaret reliquo,
suumque in eo decus poneret v. 12-17. Atque sic pios omnino decet,
modeste sua et temperanter vti felicitate. En autem, quam facile,
quod Iobi exemplo edocemur, in iustorum etiam animos, tanta irre-
pere soleat virtutis suae eiusque dignitatis aestimatio, vt ad seram usque
aetatem perpetuo duraturum esse eiusdem felicitatis florem, facile sibi
leuiterque persuadeant v. 18., eiusque maiora indies incrementa et fir-
miora

quorum vers. וְתֵאַמְּרָנִי עַל-אֶתְבָּשָׂת לְמַעַן, alias nulla esset vel ratio, vel sententia.
v. 7. pro רְאֵת Sep. רְאֵת legerunt, de quo, bene quidem, Houb. ait, sed
non necessario; cuius saepe erat ipse admonendus, vt v. 8. vbi ponit
inter duo verba, per Asyndet. copulata, quia Syr. et Ar. copulam exprimunt,
cum Vul. alterum in Partic. mutet: affurgentes stabant, vt Sep.
qui πάντες sine dubio ex vitiosa scriptione habent pro σωτῆρες εὐγένειαν. Sic
pariter v. 10. אֲמָרָת בְּנֵי-בְּנֹתָיו mutat, quia Niph. nunguam habere existimat
potestatem Kal aut Hiph. v. 11. יְבָשָׁת quod omnes Versl. vt Aq. et Sym.
ευαπτυγματικόν vertunt, praeter Alex., qui οὐδὲν legisse videntur, εξεκλινε με,
vt alias וְתֵאַמְּרָנִי explicare solent, Mich. ex Ar. וְתֵאַמְּרָנִי reuerti, interpretature
das Augo, so mich gesehen, wolle mich gern wieder sehen. v. 14. Id. יְבָשָׁת
ad anced. פְּתַח refert: Gerechtigkeit feide mich, d. i. sie schickte sich vor
mich als ein eigenes Kleid, das auf den Leib passt, Houb. cum Versl. ad
sequ. וְתֵאַמְּרָנִי, quod recte agendi rationem significare mihi videtur, non
tantum Urthelspruch vt vult Mich. v. 17. מִשְׁנַת maxillam vertit Houb.,
vt Sep. וְתֵאַמְּרָנִי, rectius Mich. Borderzähne, im Gegensaß der וְתֵאַמְּרָנִי Back-
zähne, Syr. et Ar. dentes caninos prominentes, ex Ar. יְהִי prominuit,
Chal. discerpit. v. 19. Syr. et Ar. וְתֵאַמְּרָנִי legit pro וְתֵאַמְּרָנִי quod habent reliqua
Versl. v. 20. Sep. vitiosa habent κανήν pro κανύν, et בְּרִידָה pro בְּרִידָה. v. 24.
וְתֵאַמְּרָנִי Versl. et Intt. satys frigide plerumque et ieune vertunt: vix cre-
debat, quod pariter Mich. habet, longe rectius Luth. sie wurden nicht
föhne darauf, sie traueten nicht, sich deswegen ungeziemende Freuden
heraus zu nehmen. v. 25. סְכָרָה pro via ad eos recte accipit Mich. vt Vulg.
Sym. et Luth. gefiel es mir zu ihnen zu gehen, so fahß ich oben an, reliqua
optime vertunt Sep. secure commorabar, ωσι βροτερες εν μονοχωριοις, vt rex
inter accinctos, Mich. unter seiner Leibwache, ρωσι comparat. sumendum,
vt Sym. εν τροποι ταπεινης παρακαλω, et Mich. velut qui tristes conso-
latur.

miora expectent *praefidia* v. 19. 20., tum maxime, ubi vident, quantum valeat virtutis studium, qua omnium sibi animos conciliant, admirationem, fidemque et reuerentiam, adeo, ut *principis instar*, sancta sit omnibus et inuiolata eorum autoritas v. 21. 25.

Haud raro autem fallit non tantum pios haec ipsa de sua virtutis dignitate eiusque felicitatis perpetuitate existimatio: sed hoc etiam efficit haud raro, ut tanto citius tristissima rerum omnium conuersione destruatur haec tanta de se opinio, quanto facilius eorum poterat obesse animarum saluti. Atque hoc ipsum Iobus etiam, eadem forte ob causam, cuius vero adhuc erat incisus, contigisse sibi lamentatur C. XXX. *) simulque tristissimam primo dolet pristinae dignitatis iacturam,

*) Ad C. XXX, v. 2. Sep. pro יְהוָה vitoſe legiſſe videntur מִבְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְלַנְּגֹדֵל וְלַעֲמֹד, niſi hoc mendose pro וְלַעֲמֹד scriptum fuit, autem male Houb. vertit: dignatus sum, rectius Sep. ex וְלַעֲמֹד עַזְעֵק. v. 2. חֶלְבָּה Houb. cum Verſl. ex חֶלְבָּה *sanitatem* vertit, quia senior huic loco non conueniens est, quod fateor, si ad iuniores v. 1. referatur, ut Mich. habet: im Alter verschmachten sic. Potest autem seniorum Merton. accipi, pro senioribus, sive parentibus eorum, qui נִצְחָן una cum iis, i. e. aequae ac ipſi sunt moribus corrupti, quod in Annot. habet Mich. so schlimm als ihre Väter. Sym. autem legit forte חֶלְבָּה παν το προς ξων, v. 3. חֶלְבָּה quod commode duram egestatem significat, Mich. vertit: ausgetrocknet wie ein Kieselstein von Mangel und Hunger, Sep. minus apte αγονας, sive ut T R O M M I V S legit αγονες, quod conuenit cum Ed. Lat. instabiles. Quare opus non est, cum Houb. legere: חֶלְבָּה solitariam vitam agunt. Voc. חֶלְבָּה φυγοντες Verſl. rectius Mich. vertit ex syr. et Ar. בְּרֵית corrotis: die durren Wüsten nagen sie ab. וְלַעֲמֹד Houb. violenter nimis in וְלַעֲמֹד convertit: scrutabantur, quod aptius ex וְלַעֲמֹד et וְלַעֲמֹד Mich. explicat: die gryymal verheerten Felder, hebr. der Verwüstung, nach einer vorhergehenden Verwüstung, sive ex proprio vocis vsu: agros nuper admodum depastos penitus et deaſtatos. v. 4. וְלַעֲמֹד fruticem boni saporis nominari, Afris bene notam v. in S C H A W S Neiſen p. 126. not. n. Sep. וְלַעֲמֹד vertunt περικυλλοτες επι υχοντι, quae M O N T E F A L. sine sensu redidit: circaibant alima in refonante, cum ita potius intelligenda mihi videantur: vndiquaque colligunt famam pellentia, aduersus clamores quoſ cunque repugnantium, cui וְלַעֲמֹד, et quae v. 5. dicuntur, apte conueniunt ubi pro וְלַעֲמֹד Houb. מִלְאָה legit: ex familia pellebantur. v. 6. Pro Infir. וְלַעֲמֹד qui habet vim Gerund. habitandum iis est, sive habitando — hinniunt v. 7., Houb. legit וְלַעֲמֹד inutiliter. v. 7. וְלַעֲמֹד de coitu lasciuo recte Mich. interpretatur: sie werden aus zufälliger Brust erzeugt. v. 8. Pro וְלַעֲמֹד Sep. sive כְּבָבָה ex כְּבָבָה legerunt, וְלַעֲמֹד, sive excisum per extincum explicant, cum eadem sit utriusque sententia. v. 11. Chetib וְלַעֲמֹד sequor, ut Vul. et Sep., idque pariter ac seq. וְלַעֲמֹד de perulaetia improborum hominum intelligo; Mich. autem Keri praefert וְלַעֲמֹד idque de freno imperii detre-

ram, cuius loco homines nihil ex eius famulitio, flagitosissimi et infames, criminum causa ex proborum hominum confortio turpiter electi v. 1-8., tanta eum contumelia afficiebat, ut abieco omni verecundiac freno, calamitatis suae culpam omnem in eum cumularent, probitatem vero eius et morum integritatem, criminationibus, contra quas nulla valeret contestatio, turpissimis infestarent, eiusque malis, velut des�ratis, proterue insultarent et petulanter v. 10-14. Deinde ademitam sibi esse queritur, tam ingenuae mentis, terroribus iam conturbatae fortitudinem, quam corporis defatigati, et diurnis nocturnisque doloribus iam misere confessi, valetudinem, quorum tanta vis esset, ut purulenta sanie obducta cutis totum illud, cadaueri prope simillimum corpus, nouo veluti vestimento vndique accingeret v. 15-19. Tandem hoc, quod omnino est maximum, luget, quod adeo infensus sibi Deus ipse et inexorabilis videatur, ut de summo pristini fauoris fastigio c. 29. 2-5. deicatus, nunc omni penitus diuinae gratiae sensu destituantur v. 20-22. immo mortem videat certo sibi proxime imminentem v. 23. Atque haec omnia ait v. 24., immittat mihi Deus, vel nulla etiam de-

B 2

preca-

detrectato explicat: sie haben sich von meinem Stricke los gemacht und meinen Baum abgeworfen. v. 12. בְּרַבָּם quod Syr. et Ar. omittunt, Sep. pro בְּרַבָּם accipiunt, Houb. ex Ar. בְּרַבָּם proterue egit explicat, rectius Mich. eine junge Brut, die meine Füße ausgleiten macht. Dubito autem בְּרַבָּם commode verti posse: ihren Weg zu meinem Verderben bahnen sie, cum potius de exitii eorum, quod passiue ferunt, rationibus lob dicat: וְהַיְתָ in me eas cumulant, omnemque eius in me culpam coniuncti, ut Sep. habent: τρίβεται πάντας αὐτῶν, quem in finem v. 13. semitas meas dirunt, i. e. morum integritatem criminantur, atque וְהַיְתָ malo id meo proh dolor! גָּלִיל יְהוָה bene iis cedit, nullum est mihi contra eos auxilium. Ita non opus est יְהוָה ex Ar. castigare et hebr. וְהַיְתָ explicare, ut Houb. nemo est qui prohiberet, quod magis tamen sententiae Iobi responderet, quam Versl. Mich. hulstose Helfer zu meinem Verderben. v. 14. Sententiam verborum: inter ruinas disruptorum moenium se prouoluunt, Sep. commode interpretantur, κερπτα, quod mendosae scriptum videtur, pro κερπτα μοι ως βαλετα agit mecum pro lubita. v. 15. בְּרַבָּם quod bene vertit Mich. über mich stürzt alles ein, Houb. mutat in בְּרַבָּם conuertisti, בְּרַבָּם autem ingenuam virtutem et animi indolem potius significat, vt Ps. 51. 14., Iobo magis conuenientem, quam quod Mich. habet: ein freiwilliges Leben, das sich oft mutsig wagte. v. 17. Houb. cum Vul. בְּרַבָּם legit: dolore perfodiuntur ossa, pro וְהַיְתָ quod maiorem vim habet: quasi a me auellenda esent, Mich. die Nacht frist mir meine Knochen ab, inde die mich nagen, גָּלִיל ex Ar. בְּרַבָּם rosit, nämlich peinliche Schmerzen; cur non potius arteriarum pulsus, quae Ar. ita nominantur, et continuo motu concitatae dolores augent? v. 18. וְהַיְתָ in Hithp. proprie omnino de per- sonis

precatione admissa, si supra v. 11-14. memorata sceleratorum fôboles, iustam haberet, *sui exitii causa*, de me conquerendi rationem; si non intimo potius doloris sensu eorum me affecisset miseria v. 25. Non igitur temere sperauit fore, vt vel semper bona mihi talia eueniant, vel breui tamen restituta mihi iterum illucescat felicitas: Sed frustra! v. 26. angunt potius animum continua malorum tormenta, tantisque corpus depascunt cruciatibus, vt in luctum, planctumque et eiulatum tota penitus conuersa videatur praeteritorum temporum laetitia v. 27-31.

Quae sunt autem commendatae piis c. 28. 28. sapientiae partes? si abscondita eiusmodi prouidentiae diuinæ confilia, in constituenda sibi durissima sorte, ipsimet experiantur? Numquid iubet illa pietatem suam iniquissimis eorum criminacionibus exponere, qui tantis eam malis affligi nunquam, arbitrantur eosque sceleratos esse omnes existimant, qui talia patiuntur? Numquid ferre ea iubet contumeliosa eiusmodi et noxia pietati opprobria, quae c. 20. Iobo fecerunt amici? Numquid probum decet virum, iustam virtutis causam, vel tuendam deserere, vel de obtainenda ea desperare? Quis igitur vitio vertat Iobo, quod cum

sonis dicitur, non de *rebus*, monente Houb., *impropriæ* tamen de iis usurpari potest, nec ideo opus est eius loco וְלֹא legere, וְלֹא יָבִרְאֶנּוּ havebent Sep., nec difficilis videtur sententia, vbi de vestimento, vt hic dicitur: *permuat se*, i. e. cum alio permutatur, in eius locum succedente, sanie nimirum et ulceribus, quibus obdulsum corpus veluti nouo induitur vestitu. v. 20. וְלֹא תַּחֲבֹשׂ Mich. ex Ar. bene interpretatur: du bist ferng von mir, vt non opus sit cum Houb. וְלֹא legere, paras te aduersus me. Quod si vero frequenter verbi porestas retineatur, commode sic verti potest: וְלֹא תַּחֲבֹשׂ ut in me respicias; mutatus autem mihi videris — v. 21. v. 22. וְלֹא תַּחֲבֹשׂ equitare me facis per auras, ex frequentiore huius dictiōnis vsu, de pristina in dignitatem eminentiorem evectione intelligo, cui opponitū וְלֹא תַּחֲבֹשׂ, nunc autem diffluere me finis quoad ipsum salutis substantiam; cuius loco Houb. legit וְלֹא תַּחֲבֹשׂ proteget me salus. v. 24. Houb. facili negotio extorquet sententiam, mutando וְלֹא בְּרִירֵי in וְלֹא בְּרִירֵי, ad sepulcrum mors non extendet manum; quod si ad interitum meum, erit id ad salutem. Mich. membr. prius cum Luth. vertit, posterius sic: ist vielleicht im Tode, den er zuschickt, Hülfe? Quidni vero obtestatio subesse videatur? quae ad sententiam v. 12. respicit a me explicatam: innittat mibi וְלֹא sine deprecatione, ex Chald. וְלֹא rogare, deprecari, אֲמַתְּכִירֵי si in suo exitio, cuius in me culpam coniunctum v. 12., וְלֹא insta conquerendi causa fuerit וְלֹא iis, in foemin, neutraliter sumendo, quia plures supra nominatos v. 1-8. indeterminate complextiur. Haec apte cohaerent cum v. 25. si non potius — v. 28. וְלֹא Houb. inutiliter in וְלֹא mutat: tanquam non sol luceret. Pro וְלֹא Sep. legerunt וְלֹא Cod. Al. וְלֹא Ioseph, pro quo Cod. Vat. mendose habet φάσις.

eam tandem suae disputationis finem facit C. XXXI. *), vt primo graui integerimae probitatis suae obtestatione, omnem a se amoliri contendat vel suspicionem, vel accusationem turpissimorum, eius maxime aetatis criminum, tam avaritiae et libidinis v. 1-12., quam iniustitiae et inhumanitatis aduersus seruos et ancillas, egenos, viduas et parentibus orbos v. 13-23., cum idololatriae, vel subtilioris v. 24. 25., vel crassioris v. 26-28., tum inimicitiae et vindictae cupiditatis v. 29., cum bene potius et liberaliter domesticos non tantum, sed exterios etiam habuerit et aduenas hospitio exceptos v. 30-32. Quorum si reus esset deli-

B 3

ctorum,

*) Ad C. XXXI. v. 1. Houb. pro נְבָנָה, quod malo sensu nunquam putas adhiberi, נְבָנָה habet: pararem me. v. 3. רַבָּן omnino ut Ar. רַבָּן calamitatem significat, sed talem, ex propria vi vocis, απαλωτρων habent Sep., quae v. 10. describitur, ut poena talionis perfidiae coniugalis. v. 5. Cod. Regiom. Sen. τὸν ἀσθενέα, τοῦ adiungit in textu, quod Reg. in marg. habet, Sep. autem Syr. et Ar. exprimunt: cum improbis et irrisoribus. v. 7. Pro יְשָׁאֵן id. Cod. Sen. Plur. habet יְשָׁאֵן ut Syr. et Ar., כִּי autem in Sing. et סְבָבָה per Cubb., quod Sep. per διάροι explicant. v. 10. נְבָנָה Sep. et Chal quidem de actu venereo, Mich. autem et alii de abiecta servitute intelligunt, qua tamen ille non excluditur, distinctione altera sine dubio significatus, cuius loco Sep. leguisse videntur: נְבָנָה יְלִילָה עֲבָדָה με filii mei ex ea suscepti ταπεινωθεν, vt alias נְבָנָה vertunt. v. 11. pro יְשָׁאֵן Mich. vt Ar. et Syr. יְשָׁאֵן oculus legit, et יְלִילָה vt v. 28. mein Michter hätte es gesehen, pro לְלִילָה habet, aequo ad Chal. et Vul., in Cod. autem Regiom. Reg. ו extat expunct. v. 18. נְבָנָה quod Mich. recte vertit: als ob ich sein Vater wäre, Houb. in נְבָנָה dolor conuertit, et cum Vul. pro commiseratione accipit. foemin. autem נְבָנָה in נְבָנָה, quia ad viduam v. 16., vbi alia v. 17. intercedunt, trahi non possit, quam tamen Mich. repetit: ich war der Trost der Wittwen, denen ich gleichsam die Hand bot, vt Sep. אֶתְמָתָה. Porest autem foemin. neutrali significat, ad plures referri. v. 19. ultim. נְבָנָה Sep. ad v. 20. trahunt אֶתְמָתָה, ה autem pro יְחִי accepisse videntur: nullum ei vestimentum dedi. v. 21. נְבָנָה bene vertunt πεποιθα. v. 22. pro נְבָנָה Cod. Reg. Sen. יְהִי haberet, sed יְהִי in נְבָנָה mutat. v. 24. לְלִילָה Sep. Cod. Vat. mendose vertunt: εἰ χειρὶς με, sive potius vitiōse hoc scriptum est pro στοχεῖον, quod habent Cod. Al. et vetera Verf. Lat. Αλλ. etiam in Hex. v. 26. Sep. verba quidem, male autem sensum exprimunt, omisso Voc. רַבָּן, quod defuisse in Cod. Al., verba significare mihi videntur adiecta illa: εἰ γαρ εἰ αὐτοὶ εἴην, quae sunt sine dubio Schol. margin., quod vitiōse in textum tandem receperunt. v. 27. נְבָנָה per Apoc. Vul. sine dubio vertit: laetatum est cor meum, vt Prou. 16. 23., pro vitiōse scripto: laetatum est, pariter ac Sym. επλαστηρία haberet, forte pro σπλαστηρίᾳ. v. 28. Mich. iterum יְשָׁאֵן legit pro יְשָׁאֵן vt v. 11., quia Iobi temporibus non accommodata videatur idololatriae poena, qua tamen digna ab eo haberi potest ανομία η μεγενη vt Sep. vertunt. v. 29. תְּשֻׁרְתִּתְהָ Mich. vertit:

forum, aut ea tantum *in finu fouveret v. 33.*, adeo se diris ipse deuouer
v. 34., vt grauissimo percelli terrore et *publicae omnium ignominiae*
exponi cupiat, immo sic velit obmutescere, vt nunquam *foras iteruta*
prodire in aliorum ausit conspectum. *Deinde* vero, ne forte malae cau-
sae indicium esse putarent, quod de felici malorum suorum exitu et re-
cuperanda salute fere penitus desperasse videatur; vires tandem collig-
it, et positam in certissimo Dei praesidio fiduciam, sic demum v. 35.
erecto declarat animo: os quis cause mihi *arbitrum* constitueret! En-
fidei meae virtutisque Deo probatae *signaculum* hoc est; summus rerum
arbi-

vertit: bin ich aufgeweckt, clarus Versl. exultaui, Luk. habe ich mich
erhoben, vt Sym. επεινεν ερ Sep. επειν εκαδια με ευγε. v. 30 Mich. ἦν pro-
periurio accipit: daß ich sein Leben für den Meineid gefordert hätte, cum
clara sit dictio: vitam ad maledictionem deposcere. v. 31 ἤπειρον id. ad
carnem inimici trahit, quasi omnes lobi domestici pariter adsueti fuerint
eiusdem mansuetudini, ex eoque iactantiam eius et ostentationem repre-
hendit not. ad v. 35-37. p. 131. keum kann man selches nach dem Buch-
stabon glauben, prout nimurum literam Cl. Mich. explicavit: denn wer
wird durch sein Beispiel sein ganzes Hausgefinde so befiefern können, daß
hey ihnen alle Nachgier gleichsam aus dem Grunde ersürbt? Wenigstens
dies ganze Cap. zeigt von keiner Armut des Geistes, sondern läuft gar zu
sehr in den Ton des Phariseus Lue. 19., freylich poetisch schöner, aber auch
noch viel ruhmrächtiger. Ego nihil tale video in hac tota vita bene actae
apologia, vbi multa de se, vt Paulus 2 Cor. 11. et 12. gloriarri Jobus co-
gitat, non gloriae aucupandae, sed vindicandi honesti nominis, pietatis
tuendae et amolienda criminacionis causa. Numquid hoc virio vertere
debeat viro honesto, vel mutatis adeo verbis, ei sententiam obrudere,
que vel in animum ei non venit, vel nihil vere continet, quod adeo sit
impossibile, eum alienum a priscae aeratis moribus? Habent enim Versl.
omnes ἤπειρον de vita eius, cuius nulla unquam nos capiet sarietas, quibus
Sep. hoc insuper Schol. addunt: λαλει με χρηστας οντος. v. 33. בְּרוּךְ legit
Houb. inutiliter pro רַבָּה quod idem significat: in sinu meo, in occulto,
vt habent Versl. v. 34. Mich. de futuro explicat iudicio, cum ad vitae
praesentis poenas se lobum obstringere, ex וְ intelligamus, quod τω δε
v. 33. respondet, et quis in tremendo hoc iudicio tantam, vel audaci-
simi, impudentiam tribuat, vt si Deum ausit prouocare, vt v. 35. Mich.
verit: hier ist meine Unterschrift, der Höchste antworte mir, er sehe als
Gegner die Klageschrift auf? Poteft quidem בְּרוּךְ aduersarium, sed
aque tamen potest cause defensorem significare, idque aptius tefti re-
spondet et cause suee vindici, ad quem iam c. 16. 19. 21. et c. 17. 3.
Jobus prouocauit, sine Deus ille sit, sine mediator. Quod aurem le-
niendae huius explicationis causa de iure hominum cum Deo expostulandi
p. 132. monet: wir haben ein gewisses Recht gegen Gott — das auf dem
Satz beruhet: was Gott nicht würde wollen, das wir ihm thun sollten,
wenn er sich an unsre Stelle setzte, das soll er uns auch nicht thun, de eo
et sequent. locus hic non est disputandi.

arbiter dabit mihi *testimonium*; v. C. 16. 19. 21. quin *causae meae patronus*, ib. v. 21. et c. 17. 3., pro disceptanda ea *apologiae iam librum consignauit*; eumque Deum testor v. 36., *humoris impostum meis in publicum proferam*; *adfigam* eum veluti *litteras patentes*, *loco publico omnium oculis expositas*; *diladematum loco* mihi erit. Illi libere indicabo v. 37. *vniuersam vitae ante aetate rationem*, ad eumque *causae meae vindicem*, *principis instar*, intrepide accedam. Quod si vero iustum alii causam haberent, exprobratam mihi c. 20. 19-21. c. 22. 6-9. *tyrannidem* gemendi v. 38. 39., eueniat mihi nuntiata a vobis c. 15. 34. c. 18. 19-21. c. 20. 26-29. *imprecatio*: vt maledicta sit terra mea, quo tritici loco spinas ferat et pro hordeo venena v. 40.

Ad prolixam illam lobii orationem, vbi *tota prouidentiae Dei causa*, in regunda piorum et impiorum sorte, satis perorata, lis tandem dirimitur, cum nihil eius habeant amici, quo vel situm adhuc tueri *erorem*, vel eius conuellere possent *fententiam*; huic se certamini *Elihu* insuper immiscet C. XXXII. *) 1. 4. Isque primo quidem, modestiae tantum

*) Ad C. XXXII. v. 1. נִזְבָּע Sep. Syr. et Ar. ad amicos referunt, quasi ideo certare cum lobo desierint, quod iustus fuerit iam habitus in eorum oculis, cui sententiae diuinum repugnat oraculum c. 42. 7. quare rectius Chal. vertit et Vul. quod iustus sibi videretur. v. 4. נִזְבָּע Syn. pro נִזְבָּע ex נַכְּרָת, quod alias ut Aq. πλάγης vertit, accepisse videtur: επλάγης τον ιωβ λογοις ut Syr. et Ar., rectius Sep. υπερανθεν αποκρισιν. v. 6. נִזְבָּע Mich. vertit: varum froch ich auf die Erde, quia futenem thrasonem esse Elihuum inique existimat, cui fere omnia pessimam in partem rapit, rectius autem Versi. *veritus sun*, dubitau, ηνυχα Sep. hoc enim significat Ar. בְּנֵי cunctatus est et Chal. בְּנֵי rimuit, quo hic vtitur Targ., wade ad tardum lentumque reptilium incessum trahitur Mich. 7. 17. v. 7. בְּנֵי de aetate frequentius accipi, filio eriam histor., nedum poet., vel ex Gen. 5. vbi saepius occurrit, vel ex visitata distione בְּנֵי olim, prisca aetate, satis constat, quare inique Houb. בְּנֵי in בְּנֵי mutat: fenum est loqui, et בְּנֵי in Hiph. בְּנֵי notam facient. v. 8. Id. pro נִזְבָּע adscicit נִזְבָּע, quia alias halitus omnipotens nihil habeat in membro priori sibi parallelum; habet tamen sibi *oppositum*, נִזְבָּע nimurum, spiritum, quem saepe sibi prouectiores aetate sunt, quemque Aut. Obs. mentem ei vim rationis rectius interpretari videtur, quam Mich. נִזְבָּע נִזְבָּע Genie und groszen Geist, quod ille de gratia coelestis aura aptius intelligir, qua afflari humanas mentes necesse est, vt genuinum rerum intellectum accipiant p. 206. v. 10. pro נִזְבָּע Houb. נִזְבָּע legit, vt Vul. Sep. Syr. et Ar. v. 12. Mich. vt Syr. et Ar. נִזְבָּע legit: cure Zeugen, cum reliquae Versi. habeant: vñ que ad vos, i. e. ad vim omnem ingenii vestri et veram animi sententiam. Houb. autem Voc. נִזְבָּע addit i quod habent Vul. Syr. et Ar. v. 13. 14. Sep. misere conturbant omnia, quae non est huius loci disceptare. v. 15.

tantum causa, cum vir adhuc *iuvens* esset, se hactenus conticuisse, et ex debita senioribus reverentia sibi temperasse fatetur, quo minus dicens moras praecipitarer, siquidem seris venit vsus ab annis v. 5 - 7. Cum autem annorum multitudinem *spiritus* quidem satis magnos excitare et animum facere hominibus, non autem veram semper rerum intelligentiam in iis efficere cognouerit, quae a solo proficiscitur *aurae coelestis* afflatus; quare non semper, qui sunt aetate aliis et dignitate superiores, prudentia eos superant v. 8. 9. Ideo post longam demum et attentam, tam *causae* disceptatae, quam vtriusque partis *sententiae* considerationem, suae merito cogitata ingenue nunc declarat v. 10. 11. et Iobi amicis, penitus perspecta eorum causa, quod nec suam ipsi satis demonstrauerint, nec oppositam eius sententiam deuicerint, libere profitetur v. 12. Deinde vero, ne rem quidem se acutetigisse potent, Iobi autem dicant *incorrigibilem* esse pertinaciam, sola Dei potentia superandam v. 13., eum nihil quidem dixisse monet, suae repugnans sententiae, de quo cum eo certare opus sit; longe vero alia, quam qua ipsi incesserint, via et ratione esse vincendum v. 14. Hanc igitur, cum conturbatos videat eos vltiorem rei disquisitionem a se declinare et obmurescere, ita se esse ingressurum profitetur v. 15. 17., vt plenus rerum copia dicendarum, quae feruentis musti instar animalium vrgeant aestuantem, libere dicat quod res sit v. 18-20., idque quidem

אַתָּה תְּשִׁירֵה Int. plerumque *intransit*, sumunt, vt Houb. sublata sunt ab iis verba, Mich. sic haben sie verlassen, rectius autem Veriss. ex vsu Hiph. *transit*. vertunt: declinarunt a se et translulerunt, Sep. επαλλυσαν εξ αυτων λογια, non, defecerunt ab iis sermones, vt male vertit Montefal. quasi extaret Nominat, λογια, sed potius: transire a se et quasi procedere iubent sermones, in Accus. vi c. 9. 5. vertunt: περιπατει ομη. v. 18. בְּבָנָיו interiora animi ut c. 15. 35., מִרְאֵת vero affectum, imperum animi significat, de quo rectius intelligitur, quam de halitu ventris Luth., aut Mich. vom Dhem in der Brust, de quo v. 20. sermo est נֶלֶת־לְבָנָיו quo frena laxem animo, i. e. aurea caprandae causa halitum emittam. v. 21. בְּבָנָיו non adulabor homini Houb., quis נֶלֶת de blanda et honorisca compellatione adhibetur, Mich. ich will mich nach keiner Parthey nennen, aut ex vsu Ar. et Chal. nihil in alicuius fauorem dicam, aut alio, quam quo par est, nomine compellabo. Aut. Obs. ad h. 1. בְּבָנָיו ex cognatis נֶלֶת et נֶלֶת stabiliendi et firmandi potestatem habere suspicatur, ideoque posito עֲמֹד נֶלֶת pro בְּבָנָיו sic vertit: quod mihi compertum non fit, neutiquam asseverabo, atque sic pariter v. 22. explicat: si quae ignota mihi et incerta affirmarem, qui me condidit, statim e medio me tolleret. Quorsum autem haec? cum sine illa verborum mutatione plana sint omnia: nihil hominis causa adsentatorie dicam, quod si enim, quae non intelligo, in hominis fauorem blande dicerem, breui me —

quidem remoto omni personarum respectu et partium studio, ne Dei,
quem vereatur, vindictam incurrat v. 21. 22.

His autem praemissis, ad Iobum eius se nunc quoque conuer-
tit oratio C. XXXIII. *), quem primo admonet, ut sit attentus eo-
rum auditor, quae sibi quidem, ex deliberata integerrimae mentis
sententia, e re eius esse futura videantur v. 1-3., eaque suae me-
mor imbecillitatis, ex solo se, ait, divini spiritus nutu et consilio,
sic esse dicturum, ut nihil Ioho, vel inaudito obrudat, vel inuito
v. 4. 5. ut eandem potius, quam ille egit, *Dei causam* pariter ipse
tueatur v. 6., nihilque quod vel molestum ei sit, vel iniquum vi-
deatur, committat v. 7. Deinde vero, quod in eo maxime repre-
hendendum videatur, hoc esse ingenue fateretur, quod ex ipsis eius
sermonibus intellexerit, quod scilicet arroganter nimis prodat de
pietatis suae integritate opinionem, qua commotus, improbis ad-
versus

*) Ad C. XXXIII. v. 2. Cum ἐγώ de animi sensu iam c. 31. 30. fuerit
adhibitum, Houb. rectius vertit ἐγώ ad palatum meum, diserte, plene
et perspicue, quam Mich. in meinem Gaumen; welches lauet, als
wollte ein Nachahmer gern erhaben und poetisch reden und könnte es
nicht recht. v. 3. בְּרַבָּדָה adverbial. sumendum, pure, ingenue, sine
faco, nec cum foemin. וְרַבָּדָה copulandum, vt vult Houb. eamque ob-
causam hoc cum prae. וְרַבָּדָה coniungit adiecto et rectitudo est cor
meum, et verba mea scientia, labia — v. 6. מִכְּא Mich. pro partic.
mere explexiu haber, vt Versl. vor Gott bin ich dir gleich, idque fa-
tis arroganter dictum esse putat: es Klingt sehr siolz, wenn man einem
Mann von Iob's äuferm Stande und moralischem Charakter (quem
tamen ad fin. c. 31. mele pinxit) die Verscherung schenkt: er dürfe
sich nicht scheuen, denn man sei ein Mensch gleich wie er — Quid si
vero dignitate par Iobo fuisse Elihu, sequi sponderet, ex pari in
Deum reverentia, nullam conseruo suo iniuriam esse illaturum? Quid
si haec esset verborum sententia: ego pariter *sicut os tuum*; pro causa
Dei loquar? v. 7. בְּרַבָּדָה quod Sep. pro בְּרַבָּדָה accipiunt, Vul. pro
duplici voce בְּרַבָּדָה etiam eloquium meum, rectius Mich. cum Chal.
Syr. et Ar. meine Last, d. i. meine Auflage, ex Syr. et Ar. בְּרַבָּדָה sol-
licitauit, adortus est. v. 8. וְרַבָּדָה Versl. recte omnino ad Iobum re-
ferunt: *sermones tui*, nec tamen ideo בְּרַבָּדָה legendum, vt vult Houb.
qui v. 9. בְּרַבָּדָה legit pro בְּרַבָּדָה, quod tamen idem significat ex Chal. Ar. et
Syr. בְּרַבָּדָה poluit, mundauit; unde Mich. glänzend und ohne Unrecht.
v. 10. בְּרַבָּדָה ex vsu Ar. Voc. בְּרַבָּדָה Mich. vertit: Gott findet nichtige
Auflagen gegen mich, Houb. lenius: *dissidi causas*, ex vsu biblico:

versus immissa sibi a Deo mala querelis, sumnum rerum arbitrium velut in ius vocare visus fuerit, et ab eo postulare, ut suorum sibi consiliorum reddat rationem v. 8 - 13. Eorum enim mortalium profecto nullus vñquam, quotiescumque Deus de constituenda mutandaque eorum forte, vel semel, vel iteratis vicibus decreverit, veras inuestigabit rationes per somnium nocturnaque visiones v. 14. 15, sed ipse potius tunc nouit longe alia ratione ad consiliorum suorum intelligentiam hominum aperire aures, et sic obsignare eorum correctionem animo impressam, ut a malefactis deterreantur; quo ipso ab arrogancia eos reuocare, eaque ratione animam vitamque simul ab interitu seruare contendit v. 16 - 18. His autem vbi nihil efficerit lenioris disciplina mediis, tunc severiori pergit, et pertinacissima ossium conturbatione adeo saepe eos coercere solet, ut gratissimi alias saporis viatum abhorreat natura et cum taedio respuat v. 19. 20., ut contabescat corpus, spectaculo simile, et ossa promineant

aberrationes in me offendit, i. e. leuissimam culpam grauiter vrget. v. 14. יְהִי רַבָּר v. 13. respicit: quando eloquitur haec prouidentiae consilii semel iterumque, i. e. varie saepius constituit regitque humanae fortis vicissitudines, וְלֹא נָמֵד nemo ea potest inuestigare, ut v. 15. sequitur, per somnia et visiones, quibus amici Iobi tantopere fidebant. Ita nec opus est תְּמֻבָּשׁ aut תְּמֻבָּשׁ ex פָּנָיו legere, ut Houb. vult et Mich. er wiederholt es denn nicht weiter, nec duplice cum Intt. quaerere peccatores sanandi rationem, de qua non sermo est, sed, vt constat ex v. 13., de prouidentiae diuinæ consiliorum inuestigatione, quorum fines et rationem, quatenus ad hominum spectant correctionem, satis Deus ipse solet declarare v. 16., vbi דְּבָרָיו Aut. Obs. bene vertit: obsignat monita, siue alte menti imprimat, idque magis responderit Suff. סְבִיר in פָּנָיו, quam si cum Luth. Houb. et Mich. סְבִיר legamus, ex פָּנָיו: terret eos castigationibus eorum. v. 17. Houb. פָּנָיו legit pro פָּנָיו quia malo sensu hoc accipi posse Voc. negat, quod per se omnino non significat facinus, sed institutum quodcumque, hic autem de facinore intelligere iubet פָּנָיו, nec video, cur פָּנָיו iniquitas legendum velit, pro פָּנָיו arrogantia? quae est species iniquitatis, hic maxime Iobo exprobata. Quare nec Mich. legit פָּנָיו siue פָּנָיו probanda videret: daß er die Grube zudecke. v. 23. 24. Mich. superstitionem, de angelo aliquo mediatore inter Deum et homines, opinionem, nullo probatam antiquitatis testimonio, vel ex hac ipsa tamen Scr. S. doctrina forte, recentiori demum aetate, enatam, Elihu tribuere manuit, quam veram de Christo mediatore sententiam, de qua Not. P. 134. dicit: sie würde hier am unrechten Orte angebracht seyn.

neant carne nudata, tandemque cadaueris instar appropinquare morti videatur v. 21. 22. Quod si in hoc tristi rerum statu legatus aliquis diuinus, vius de milibus, mediatoris pro eo partes suscipiat, ut iustum ei indicet ad meliorem frugem redeundi recteque agendi rationem, eiusque misereatur. Deum rogans: serua eum ab interitu, pretium reperi, quo redimatur! v. 23. 24.; tunc tota eius natura nouo revivescit vigore, et ad primum iuuenturis florem c. 29. 4. reueretur; tunc confidenter Deum orabit, qui eum beneuole excipiet, eiusque causae ei restituet iustitiam v. 25. 26., ille vero celebrabit hanc Dei gratiam eamque depraedicabit miseris, quo suo erigantur exemplo v. 25. 28. Ad hanc igitur Dei disciplinam, quam plus simplici vice interdum adhibere solet, animum aduertere lobum hortatur, eique si quid contra monendum videatur, libere dicendi copiam relinquit v. 29. 32.

C 2 Atque

seyn. Denn die Frage ist hier nicht davon — hier entscheidet die Lehre von Christo nichts — Idem vero dicendum de angelis mediatoribus; quae si in hunc tamē sermonis nuxum conuenit opinio, cur non aequa conueniat doctrina de mediatore Christo? in quem omnia longe aptius quadrant, quam in angelum, qui diserte dicitur reperiſſe יְהוָה, quod cum nesciat, qua ratione de angelo possit praedicari, ita contorte de Deo explicare Mich, cogitur: ich habe ein Lösegeld bekommen, an hoc signifizat יְהוָה? et quale hoc est יְהוָה die bisherige Strafe des Sünder, die Gott als ein Lösegeld ansieht. An non longe haec sunt perita? Quare oracula illasvis instar de Christo habendum esse locum, fatetur quidem Aut. Obl., ita tamē, vt prorsus rem aliam agere Elihu, seque ipsum angeli internumtii nomine intelligere videatur, sub obuio autem huius sensus nucleo longe praestantiorem alium gerat, tanquam medullam; et se ipsum cum Christo mediatore coniunctim exhibere contendat, quamvis ipse huius mystrii ignarus. Cur autem adeo eius ignarus fuisse huius aetatis homines existimemus? cum adeo clara sint verba textus, vt non patiantur tantum, sed fere adgant interpretem de Christo cogitare, et in Elihu, vel aliquam tamē, licet tenuem forte et satis adhuc obscuram, de futuro aliquo inter Deum et homines mediatore intelligentiam suiss, suspicari. v. 29. יְהוָה habet Keri, vt Vul. Chal. Cod. Regiom. Reg. et Edit. Man. B. Isr., Chetib autem יְהוָה vt Cod. Sen. Sep. Th. Syr. et Ar. v. 30. יְהוָה quo respondeat priori verbo in Hiph. in יְהוָה inutiliter mutat Houb, cum plana sit sententia: vt videat in plena luce vitam recuperatae prosperitatis.

Atque sic bene Elihu refutauit principalem Iobi, quo maxime in tuenda causa sua peccauit, errorem, quod sua freats integritate, scire a Deo temere desiderauit, quas iustas haberet, adeo se duri-
ter tractandi, causas. Postquam igitur eum ipsum ab hac tanta te-
meritate reuocauit; sua nunc oratione ad eius se colloquii auditores
conuerit, quorum se ipse iudicio subiecerat c. 12. 11., eosque ut
probe secum disquirant, admonet C. XXXIV. *), quae sit forte
multorum ex iis nimis iniqua de eius sermonibus sententia v. 1-4.,
qui, cum audiuissent immodicas Iobi querelas v. 5. 6., offendit fa-
cile poterant speciosa eius leuitate, qua ignominiosa quaeque velut
imbibit opprobria, c. 21. 3. sibi facta: quasi in eo iam esset c. 22.

15,

*) Ad C. XXXIV. v. 2. מִתְחַדֵּשׁ Mich. restet verit: wie der Mund die Speise, enim ut gr. μετὰ habet saepe vim comparandi. v. 6. אֶפְרַיִם Niph. accipit Houb. et lenius interpretatur: false accusor in iu-
dicio, siue ex vnu partic. הָיָה: etiam iusta sit causa mea, quam Mich.
ich will zeigen, dass sein Ausspruch über mich unwahr sei, quod nec
Iobo iusta tribuendum, nec Elihu, et aequum durum est, ac alterum:
ich will meinen Weil frey von Sünden schwenken, d. i. mit Gott freien,
der mir Unrecht thut, da ich mich rein weiß von aller Sünde,
quare hoc etiam modestius sic Houb. explicat: lethale est vulnus
meum, cum tamen sim sine crimen. v. 7. וְאֵלֹהֶיךָ opprobrium, quale sit
explicatur v. 8. 9., non ab Elihu factum, sed ab amicis, idque quo-
niam Versl. et Intt. non obseruarunt, ideo varie explicatur. v. 13.
וְאֵלֹהֶיךָ Mich. ad Deum ex v. 12 refert: wer befaßt ihm die Erde? vt
Aut. Obs. et Houb., quoniam וְאֵלֹהֶיךָ v. 11. est remotius, ad quod ta-
men spectat וְאֵלֹהֶיךָ v. 14., quare vtrumque aptius ad hominem referen-
dum mihi viderur. Addit quidem Cod. Regiom. R. דְּרוֹמֵד יְהֹוָה, sed
non punctat. et transfix. v. 14. pro וְאֵלֹהֶיךָ legit Houb. בְּשִׁיר si volue-
rit retrahere spiritum; cui vero non bene respondet וְאֵלֹהֶיךָ quod rectius
Mich. ex vnu dictio: ponere cor suum aduersus aliquem, sic ex-
plicat: wollte er Strenge gegen ihn gebrauchen. v. 17. Schul tens. se-
quor, et וְאֵלֹהֶיךָ cum וְאֵלֹהֶיךָ copulandum pro ira accipio, non ad Iobum,
sed ad Deum referenda: numquid iram contineret, si talis esset osor
iudicii? Ita nec contorta opus est Mich. explicatione: will denn der
Feind des Gerichts, nämlich Ilob, nun selbst binden, d. i. über Gott
das Gerichte hafzen? nec Houb. mutatione, qua וְאֵלֹהֶיךָ in וְאֵלֹהֶיךָ con-
vertit: an fieri potest, vt Deus oderit iudicium et frandem faciat?
enius loco mallem cum Aut. Obs. Voc. וְאֵלֹהֶיךָ tribuere vim guberni-
andi: an non coercebit Deus osorem iudicii? v. 18. Mich. et Houb.
Vul. et Sep. sequuntur et וְאֵלֹהֶיךָ legunt, cui magis vriue responderet
אשר v. 19. v. 20. pro וְאֵלֹהֶיךָ Houb. legit וְאֵלֹהֶיךָ amouentur, idque
de

15., vt sceleratissimorum se partibus adlungeret v. 7. 8., siquidem dixisse eum criminabantur c. 15. 4. c. 21. 14. 15. c. 22. 13-18., suum nemini prodesse pietatis studium v. 9. Cauendae igitur et auferenda huius *offensionis* causa, quae metuenda ex his colloquiis videbatur, ita strenue Elihu Dei agit et religionis causam, vt irreprehensibilem summo rerum arbitrio iustitiam vindicet, in consti-
tuenda tam piorum forte, quam impiorum, quorum utriusque nulla vniquam ab eo fiat iniuria v. 10-12. Quis tale quid, ait, de eo vel suspicetur, cuius ex sola benevolentia habent bona quaeque mortales, ipsaque adhuc vita fruuntur? quam, si vellet severa nimis agere, breui posset ab omnibus auferre et in puluerem redigere creatureas v. 13-15. Numquid igitur Deus, ita merito ex his ar-

C 3

argu-

de populi a Principium imperio desfectione intelligit v. 23. וְאַתָּה מִתְּנִיחַתְּנֵה
de potestate quidem adhibetur, qua quis alis praesit, non autem li-
bere agat, vt hic cum Vul. Houb. vertit, quare ellipt. Mich. suppo-
nit omissum נֶבֶד er bauet den Menschen keinen Richterstuhl auf, cur
non autem frequentius זָה v. 14. aut יְהֹוָה culpan, onus, aut umile?
v. 25. תְּלִילְךָם Versl. plerunque et Intt. cum verbo seq. coniungunt,
vt Mich. er zerstört sie des Nachts, daß sie zerstört werden. Re-
stius haec Syr. et Ar. ad antec. refert, verbum autem נֶבֶד cum
v. 26. sic copulat apte: conteruntur sceleratorum loco, et explodit eos
loco spectatorum, וְאַתָּה פָּתַח 22. 8. qui rident eos damnantque, vt Io-
bum amici, quos hic pungit Elihu, eorumque v. 27. 28. iniquitatem
satis aperte reprehendit. Sic etiam v. 29. verba ultima: super gentem
et hominem simul, quae varie cogunt Versl. et Intt., omni difficultate
liberantur, quando ea cum v. 30. copulamus, vt Houb. et Mich. et
pro יְהֹוָה legimus זָה ו Luth. Vul. Chal. et Sep. er macht über
sie zu Königen Verächter der Religion, die Fallstricke des Volks sind.
Haec enim bene cohaerent cum v. 31. נֶבֶד כִּי nam penes Deum est,
i. e. in eius arbitrio positum, an dicere velit זָה ich vergebe, und
will nicht strafen, vt habet Mich., qui tantum bis legit זָה, et זָה
in Particip. Gott, Gott ist, der da sagt — v. 33. זָה Chal. quod
intrat te est, i. e. tibi soli exploratum, Houb. et Syr. et Ar. pro
זָה responsum tuum, accipit, legitque זָה reddet illud mihi, pro
זָה, num quis saluum hoc et integrum efficiat? זָה כִּי quo-
niam tu hoc derectas. Absit! tuum est, hoc probatum efficiere
זָה, ergo quid sentias, declara ingenuo. Sic plana mihi videntur
omnia, nec opus est, רְכַב legere, vt vult Houb. v. 36. בְּאָמֵן vellem
ego, explorat Job, ex זָה vero, et זָה וְאַתָּה וְאַתָּה וְאַתָּה ut Sep. scili-
cet ad ea, quae v. 37. extant, sic non opus est שְׁבַת עַל legere cum
Houb. eo quod sederit cum viris iniquis.

gumentatur Elihu, ab ea se contineret severitate, si iusti esset ofer iudicij? Numquid iniquitatis arguere auis adeo potenter iustum v. 16. 17., qui vel imperantibus ius dicit, habitoque nullo personarum respectu, integras saepe nationes subito, nulla ope adhibita, de medio auferre solet v. 18-20. Nam penitus explorata habet insituta quaeque et consilia hominum, etiam si latebras quaerant v. 21. 22., ideoque numquam adeo aget inclementer, ut quisquam suae causae decisionem, quod tamen Iobus fecit c. 23. 3-7., ad ipsum Dei tribunal deferre opus habent v. 23. Neque longa quidem ille rerum indiget disquisitione, quando etiam magnates conterit v. 24., siquidem non nouit tantum quae occulte fecerunt, sed ea sic quoque in lucem profert, ut male habeantur sceleratorum loco, et speculatorum loco cachinno excipiuntur, quem magis saepe meruissent ipsi v. 25. 26., cum propter talia Dei in alios iudicia ab ipsa religione discedant, et sapiens eius prouidentiae regimur probare recusent, donec exaudiuerit delatas ad se miserorum clamores v. 27. 28. Quis igitur, si bene aliis fecerit, reprehendere eius consilia, aut si male aliis, ea scrutari ausit? v. 29. si quando c. e. imperare vel gentibus fuerit, vel adeo humano generi in uniuersum, profanos, qui sibi subditis fuerint offendicula? Nam ex Dei pendet arbitrio, quamdiu haec talia etiam velit impunita dimittere v. 30. 31. In his si quid minus recte dixit Elihu, meliora a Iobo cupit edoceri v. 32., eumque hortatur, cum quae penes eum sint mentis cogitata, eorum nemo aliis integrum satis explicare sententiam et emendare errata possit, vt suam ipse mentem ingenue declarare non dignetur v. 33., quoniam alias prudens quisque, qui etiam vellet hanc eius sententiae excusationem admittere, hoc tamen sine dubio ei reprobareret v. 34., quod suam Iobus ipse mentem expondere recusaret, etiam si sermones eius non caute satis ubique prudenterque fuerint instituti v. 35. Quare curatius adhuc inuestigari cupit veram Iobi sententiam, donec penitus explorata res sit, quo habeant, quae profanis possent respondere, si porro vellent his eius sermonibus ad securitatem, aut ostentationem, immo ad opprobria aduersus Deum augenda, abuti v. 36. 37.

Sic igitur quae minus recte dixit Iobus, reprehendit Elihu, quae non satis caute, emendare contendit et ab offensionis periculo liberare, eumque ad hunc ipsum, ad quem c. 16. 19. 21. c. 17.

3. c. 31. 35. prouocauit, cause sue *testem* et *vindicem* ablegat, quem c. 33. 23. 24. dicit quidem *legatum esse mediatorem et iustitiae doctorem*, vi *prefii redēptionis* pro eo deprecaturum: parum autem sine dubio adhuc nouit, vel personam eius, vel redēptionem perficiendam soluendumque *lūgor*. Haec omnia vero heu quam nos sumus felices! in hac tanta, quam merito nobis gratulamur, Euangeliū luce, satis cognita sunt omnibus et explorata, publiceque in his *fests diebus*, rediuiuo ex mortuis hominum redēptori sacrī, nuntiantur. Personant templa laetantium de recuperata nobis salutē hymnis, et voce triumphantium ex superato pro nobis mortis atque inferni periculo. Ut amur igitur hac tanta felicitate, et qua lobus suae iam miseriae sibi grauitatem leuavit, eadem *futurae melioris vitae cogitatione*, nos etiam in hoc tristī rerum nostrarum statu, abiecos erigamus animos. Praeibit nobis ad excitandam eam orator disertus, Vir Iuuenis Ornatissimus et elegantiorum litterarum cultu politissimus, Dn. DANIEL BENIAMIN SCHEELEVIS Budissa Luf. sanctioris disciplinae studio deditus, et doctrinae virtutisque laude Clarissimus, Vestra dignus attentione, praebit inquam, nobis contra ornataque oratione: *de vitae aeternae recta cogitatione* dicturus. Quia cum nihil dulcius sit, nihil utilius, ad vitam bene beatèque agendam, ad ferandas forti animo et superandas fortunae vicissitudines, mortemque tandem tranquille subeundam, Vos COMITES ILLVSTRISSIMI, PATRES ACADEMIAE ET REIPUBLICAE PROCERES GRAVISSIMI, CIVES HUMANISSIMI, moneo decenter rogoque, ut tempore locoque consueto ad audiendum eum conueniatis beneuelle. P. P. in Vigil. F. Pasch. A. R. S. CIOCCCLXXII.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIA.



Fd 3348

ULB Halle
002 500 558

3



f

56.

Ant.





RECTOR
ACADEMIAE LIPSIENSIS
AD
SOLEMNEM
RESVRRECTIONIS CHRISTI
GLORIOSAE
MEMORIAM
FESTIVA ORATIONE
IN AEDE PAVLINA
CELEBRANDAM
INVITAT

*Spec. III. prouidentiae ex fine colloquiorum lobi et oratione Elibui
a C. XXV. ad C. XXXIV.*